



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

11 Vtrum ritus infidelium sint tolerandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

perinet habere iudicium super eos, quibus praest: sed infideles non possunt iudicare de fidelibus. Dicit n. Apo. 1. ad Corin. 6. Audet aliquis vestrum habere negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, id est infideles, & non apud sanctos? ergo videtur quod infideles fidelibus praesse non possint.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc dupliciter loqui possimus. Vno modo de dominio, vel praelatione infidelium super fideles de nouo instituenda, & hoc nullo modo permitti debet. Cederet enim hoc in scandalum, & in periculum fidei. De facili enim illi, qui subijciuntur aliorum iurisdictioni, immutari possunt ab eis, quibus subsunt, ut sequantur eorum imperium, nisi illi qui subsunt, faciant magnam virtutis. Et similiter infideles contemnunt fidem, si fidelium defectus cognoscant. Et ideo Apostolus prohibuit, ut fideles non contendant in iudicio coram iudice infideli. Et ideo nullo modo permittit Ecclesia, quod infideles acquirant dominium super fideles, vel qualitercumque eis praestantur in aliquo officio. Alio modo postsumus loqui de dominio, vel praelatione iam praexistenti. Vbi considerandum est, quod dominium, vel praelatio introducta sunt ex iure humano: distinctio autem fidelium, & infidelium est ex iure diuino. Ius autem diuinum, quod est ex gratia, non tollit ius humanum, quod est ex naturalitate: ideo distinctio fidelium, & infidelium secundum se considerata non tollit dominium, & praelationem infidelium supra fideles. Potest tamen iuste per sententiam, vel ordinationem Ecclesiae auctoritatem Dei habentis tale ius dominij, vel praelationis tolli: quia infideles merito suae infidelitatis merentur potestatem amittere super fideles, qui transferuntur in filios Dei: sed hoc quidem Ecclesia quandoque facit, quandoque autem non facit. In illis enim infidelibus, qui etiam temporaliter subiectione subijciuntur Ecclesiae, & membris eius, hoc ius Ecclesiae statuit, ut seruis Iudaeorum, cum fuerit factus Christianus, statim a seruitute liberetur nullo pretio dato, si fuerit vernaculus, id est, in seruitute natus: & similiter si infidelis existens fuerit emptus ad seruitum. Si autem fuerit emptus ad mercationem, teneat eum infra tres menses exponere ad vendendum. Nec in hoc iniuriam facit Ecclesia, quia cum ipsi Iudaei sint serui Ecclesiae, potest disponere de rebus eorum. Sicut etiam principes saeculares multas leges ediderunt circa suos subditos in fauorem libertatis. In illis vero infidelibus, qui temporaliter Ecclesiae, vel eius membris non subiacent, praedictum ius Ecclesiae non statuit, licet posset instituire de iure: & hoc facit ad scandalum vitandum. Sicut etiam Dominus Matth. 17. ostendit, quod poterat se a tributo excusare, quia liberi sunt filij: tamen mandauit tributum solui ad scandalum vitandum. Ita et Paulus cum dixisset, quod serui dominos suos honorarent, subiungit. Ne nomen Domini, & doctrina blasphemetur. Vnde patet responsio ad Primum.

AD SECUNDUM ergo dicendum, quod illa praelatio Caesaris praexistebat distinctioni fidelium ab infidelibus. Vnde non soluebatur per conuersionem aliquorum ad fidem, & vile erat, quod aliqui fideles locum in familia Imperatoris haberent ad defendendum alios fideles: sicut beatus Sebastianus Christianorum animos, quos in tormentis videbat deficere, confortabat, & adhuc latebat sub militari chlamyde in domo Diocletiani.

AD TERTIUM dicendum, quod serui subijciuntur dominis suis ad totam vitam, & subditi praestent ad omnia negotia: sed ministri artificum subdun-

tur eis ad aliqua spiritalia opera. Vnde periculosus est, quod infideles accipiant dominium, vel praelationem super fideles, quod accipiant ab eis ministerium in aliquo artificio. Et ideo permittit Ecclesia, quod Christiani possint colere terras Iudaeorum, quia per hoc non habent necesse conuersari cum eis. Salomon etiam expetit a rege Tyri magistrorum operum ad ligna cedenda, ut habetur 3. Reg. 6. Et tamen si ex tali communicatione, vel conuictu, subuersio fidelium timeretur, esset penitus interdicendum.

ARTICVLVS XI.

Utrum infidelium ritus sint tolerandi.

Super Questionis decima Articuli undecimum.

AD UNDECIMUM sic proceditur. Videtur, quod ritus infidelium non sint tolerandi. Manifestum est enim quod infideles in suis ritibus peccant, eos seruando: sed peccato videtur consentire, qui non prohibet, cum prohibere possit, ut habetur in gl. Rom. 1. super illud. Non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus, ergo peccant, qui eorum ritus tolerant.

¶ 2. Praet. Ritus Iudaeorum idolatriae comparantur, quia super illud Gal. 5. Nolite iterum iugo seruitutis contineri, dicit glossa. Non est leuior huius legis seruitus, quam idolatriae: sed non sustineretur, quod idolatriae ritum aliqui exercebant: quinimo Christianorum principes tepla idolorum primo claudi, & postea dirui fecerunt, ut Augustinus narat 18. de Ciuitate Dei. ergo secundum hoc et ritus Iudaeorum tolerari non debent.

¶ 3. Praet. Peccatum infidelitatis est grauissimum, ut supra dictum est: sed alia peccata non tolerantur, sed lege puniuntur, sicut adulterium, furtum, & alia huiusmodi, ergo etiam ritus infidelium tolerandi non sunt.

SED CONTRA est, quod in Decret. distinct. 45. cap. Qui sin-cera, * dicit Grego. de Iudaeis. Omnes festiuitates suas sicut habitus ipsi, & patres eorum per longa coeletes tempora tenuerunt, liberae habeant obseruandi, celebrandique licentiam.

RESPONDEO. Dicendum, quod humanum regimen deriuatur a diuino regimine, & ipsum debet imitari. Deus autem quamuis sit omnipotens, & summe bonus, permittit tamen aliqua mala fieri in vniuerso, quae prohibere posset: ne eis sub-latis maiora bona tollerentur, vel etiam peiora mala sequerentur. Sic ergo & in regimine humano illi qui praesunt, recte aliqua mala tolerant, ne aliqua bona impediuntur, vel etiam ne ali-

IN articulum undecimum eiusdem questionis perspicere regulam permissionum in regimine propter bonum proueniens, vel malum vitandum, ut inde possit circa diuersa iudicare principes spiritaliales, & temporales in permissionibus vitarum, & aliorum huiusmodi. Hinc enim elicere potes, quod cum permissio criminum non sit secundum se mala moraliter (si enim esset mala, non conueniret Deo, nec ulla intentione posset bene fieri) si ex rationabili causa permissio sit, bona moraliter est, vtpote rationi consona. Causa autem rationabilis in litera ponitur ex parte boni, ne bonum impediatur, iuxta Domini sententiam. Si nite, ne forte simul eradicetis, & triticum: & ex parte mali, ne fiat iuxta sententiam Augustini: Ausere meretrices, & car.

Et propterea ad has causas examinada est permissio: sed caue ne permissio sit admixta participationi.

¶ In eodem articulo, 11. dubium occurrit. An tolerandi sint libri Iudaeorum, sicut tolerandus est cultus eorum. Et est ratio dubij, quia libri defensusi sunt fidei, seu perfidia eorum, & consequenter cultus: & propterea sicut perfidia, & cultus tolerandi sunt libri.

¶ In oppositu autem est, quia libri eorum pleni sunt blasphemis contra Christum. Ad hoc dicitur, quod libri Iudaeorum sunt in duplici differentia: quidam

Est Amb. circa finem cōmen. ad r. c. ad Ro. 10. 5.

Art. 3. huius quaz.

Greg. in regit. lib. 11. c. 15. in fi. & habetur D. 45. ca. Qui sin-cera.

quidam cōpetentes Iudæis absolute, vt sunt libri testamenti veteris, & expositiones eorum: & hi proculdubio relinquendi sunt Iudæis. Quidam editi ad confouendam suam perfidiam contra Iesū Christi diuinitatem, ne conuertantur Iudæi ad Iesū Christi fidem, sed persistant in sua perfidia obstinati: & ij libri si facultat adit, sunt per

Lib. 2. cap. 4. parum an. c. mediū to. 1

Ecclesiam comburendi. Et est ratio differentie inter cultum, & istos libros: quia cultus Iudæorum est quasi testis fidei nostræ, sicut figura veritatis, & vmbra corporis, vt in litera dicitur: & ideo merito tolerandus. Libri autem isti directe blasphemii sunt, & totaliter mendacis pleni contra filium Iesū Christi: & propterea non tolerandi sunt, si supprimi possunt. Vnde auctor in articulo dicit, quod infideles compellendi sunt, vt fidem non impediatur blasphemis, vel malis persuasionibus. Constat enim tales libros & blasphemis & malis persuasionibus contra fidem esse plenos. Et in ar. 10. de Iudæis dicit, quod cum Iudæi sine serui Ecclesiæ potest Ecclesiā deponere de rebus eorum: ita quod Ecclesiā contra omnes infideles ex prima ratione, & contra Iudæos etiam ex ratione seruaturis potest libros huiusmodi supprimere.

qua mala peiora incurrantur, sicut Augustinus dicit in libro * de ordine: Aufer meretrices de rebus humanis, turbaueris omnia libidinibus. Sic ergo quamuis infideles in suis ritibus peccent, tolerari possunt vel propter aliquod bonum, quod ex eis prouenit, vel propter aliquod malum, quod vitatur. Ex hoc autē quod Iudæi ritus suos obseruant, in quibus olim præfigurabatur veritas fidei, quam tenemus, hoc bonum prouenit, quod testimonium fidei nostræ habemus ab hostibus, & quasi in figura a nobis representatur quod credim⁹, & ideo in suis ritibus tolerantur. Aliorū verō infidelū ritus, qui nihil veritatis, aut vtilitatis afferunt, non sunt aliquo modo tolerandi: nisi forte ad aliquod malum vitandū, scilicet ad vitandum scandalum, vel dissidiū, quod ex hoc posset prouenire, vel impedimētum salutis eorum, qui paulatim sic tolerati conuertuntur ad fidem. Propter hoc. n. etiā hereticorum, & paganorum ritus aliquādo Ecclesiā tolerauit, quando erat magna infidelium multitudo. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS XII.

Super Quæstionē decimā Articuli duo decimū.

Utrum pueri Iudæorum & aliorum infidelium, sint iniuis parentibus baptizandi.

q. 68. artic. 10. Et quol. 2. q. 4. artic. 1. Et quol. 3. q. 5. art. 1. Cor.

In art. 12. eiusdem quæst. dubium duplex occurrit de conditione: Primum ex scoto, de pueris infidelium vniuersaliter: secundum ex Durando de pueris infidelium aliquorū, scilicet Iudæorum, & seruorum. Scotus siquidem in 4. dist. 4. quæst. vltima tenet, quod princeps beneficeret, si pueros infidelium iniuis parentibus baptizaret, adhibita cautela ne sequerentur homicidia, & quod nutrierentur religiose. Et ratio sua est, quam autor tangit in quarto argumento, quia scilicet Deus habet ius dominij supra pueros magis quam parentes. ergo vinculum potestatis paternæ non obligat in his, quæ sunt contra præceptum Dei. Non ergo propter iniuis parentes prohibentur pueri a fide Dei.

Et confirmatur: quia princeps debet cogere seminum plurimum subordinatorum dominorum ad seruitum superioris, si inferior dominus vult eo vti contra superiorem, ergo maxime debet princeps zelare pro domino seruando supremi domini, scilicet Dei: & per conseqens non solum licet, sed debet princeps auferre paruos a domino paruum volentem eos educare contra cultum Dei. Durandus verō in 4. sent. dist. 4. q. 3. art. 1. tenet, quod licet non omnium, tamen eorum infidelium, qui sunt serui, licet filios iniuis parentibus baptizare, auferendo eos a parentum cura. Et ratio sua est illa, quam in secundo argumento autor in litera facit, scilicet quod de filiis seruorum potest dominus face-

te quod vult ac per hoc potest eos vendere, & longe, ac per hoc auferre a cura parentum: & merito puzari. Et quoniam Iudæi sunt serui inuicem, addit auctor dicit, & extra de Iudæis, capit. Et si Iudæi de filiis Iudæorum sequitur, quod sunt iniuis

cū filius familias emancipetur: vinculum autē matrimoniale non potest solui per hominem, secundum illud Matth. 19. Quod Deus coniunxit, homo nō separet: sed propter infidelitatem soluitur vinculum matrimoniale. Dicit enim Apostolus 1. ad Cor. 7. Quod si infidelis discedit, discedat: nō enim seruatur subiectus est frater, aut soror in huiusmodi. Et Canon dicit, quod si coniux infidelis nō vult sine contumelia sui creatoris cum altero stare, tunc alter coniugū non debet ei cohabitare, ergo multo magis propter infidelitatem tollitur ius patriæ potestatis in suos filios. possunt ergo eorum filij baptizari eis iniuis.

¶ 2. Præter. Magis debet homini subueniri circa periculū mortis eternæ, quam circa periculū mortis temporalis: sed si aliquis videret hominem in periculo mortis temporalis, & ei non ferret auxilium, peccaret. cum ergo filij Iudæorum, & aliorum infidelium sint in periculo mortis eternæ, si parentibus relinquuntur, qui eos in sua infidelitate informant, videtur quod sint eis auferendi & baptizandi, & in fide instruendi.

¶ 3. Præter. Filij seruorum sunt serui, & in potestate dominorum: sed Iudæi sunt serui regum & principum. ergo & filiorum. Reges ergo & principes habent potestatem de filiis Iudæorum facere quod voluerint. nulla ergo erit iniuria, si eos baptizent, iniuis parentibus.

¶ 4. Præter. Quilibet homo magis est Dei a quo habet animam, quam patris carnalis a quo habet corpus. non ergo est iniustum si pueri Iudæorum carnalibus patribus auferantur, & Deo per baptismum consecrentur.

¶ In hoc, an secundum naturalem iustitiam potest subfiste eorum cura, quod ad diuina excedat, manifestū est esse verum, quoniam si per propriam rationem ita puer per parentem paratur ad Deum. Sed questio est, an propter abiectionem patris naturalis priuari possint, aut debeant parari tali iure. Scotus siquidem ad hoc tendit, quod parantur iure suo, quia nutriti filios ad cultum patriæ Deum: ideo princeps debet eos parare ad cultum illi, quod conuenit ius Dei contra ius patris: illi contra Deū, potius quam econtra, vt. & cum contumelia Dei. Hic, ordo pueritatis est, vt elucet, opus est duplici distinctione. Prima est: dominus potest dominū inferioris referri ad dominum ad ipsum inferiorum dominum, & ad superiorum a quo est omne inferius dominum, & potest referri ad ipsum conuenit, & potest referri ad ipsum conuenit, a quo est illius dominum. Et in proposito referuntur supra paruos suos potest referri ad ipsos